Kazimirus dei gra Rex Polonie et Magnus Dux lithuanie Russie etc Significamus tenore presentium quibus expedit universis Quomodo
Cives nri Wyeliczen exhibitis litteris Serenissimorum principum olim dominorum Genitoris et fris nostrorum carissimorum celebris memorie
predecessorum super libertate dationis podwodarum condicionali ipis concessis, nobis humilr supplicarunt ut nostra clementia clausulas et
condiciones in ipis litteris expressas eosdem observare dignaremur videlicet dum dni in Wyeliczka constituerimus in psona nra tunc pro
Regina nra tantum currus et equos podwodarum more tempore Regis Kazimiri pfati tento et observato aut incumbente aliqua
notabili et urgenti indigentia seu necessitate dum scilicet hostes vastaret terras nras quod deus avertat vel aliqua alia eminente
bonum regni nostri necessitate seu opportunitate contingente ita quod sine eis fieri non posset easdem dare debent et tenentur
talas et non aliomodo Etiam querulati sunt quod crebris et continuis ipsorum equorum ad podwodas dationibus gravantur ita ut
iam asserunt non posse habere equos in civitate sua ad equitaturam valentes maxime autem per hoc asserunt se gravari
quia procuratores nostri Cracovien urgentibus podwodis illas podwodas quas debent mitti in Bochnia prout ab antiquo tenebatur
dimittunt super Wyeliczkam Cum tamen Wyeliczka iaceat extra viam Bochnen et sit eis nobis dampnosum Supplicites solum petinas
pro dictis Equis podwodarum etc in ad unum possint providere Unde nos attendentes tam ad humiles Supplicationes
videlicet et quelam ipsorum vobis omnibus et singulis tam procuratoribus qualibus Cracovien nec etiam militibus nobilibus et omnibus
cuius quibuslibet presentibus requirendis habere volentes iniungimus et mandamus Quatenus predictos cives nros Wyeliczen pro equis
podwodarum ultra premissa scilicet preter arduas et urgentes regni nostri necessitates sunt hostium incursus aut pregnantes
opportunitates totum regnum contingentes nulla presumat nec debeatis impulsare ratione In vero Generose Nicolae de
Zakrzow Castellane Wysliciensis ac alii procuratores nri Cracovien qualiter pro tempore existentes ex quo Wyeliczka iacet extra viam
Bochnen non debeatis neque debeat podwodas dimittere super eam, sed dictis et apparatis more consueto et vobis statuto dirigere
in Bochnia Et ita et non aliter facturi pro gra nra harum quibus Sigillum nrm presentibus est appensum testimonio litterarum
Datum in Piotrkowo feria secunda post festum Sancti Bartholomei proxima Anno domini millesimo quadringentesimo xlvi°

Relatio Magnifici Petri de
Sczekocin R. vicecancellarii

H 62

[illegible]

1417

Habetur in Donato
fol 43

Iam scriptum

[illegible]

No 37 Visum Privilegy de Roowodis
non dandis A 1446